



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

Regulæ Subministri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



REGVLAE

SVBMINISTRI.



Instrumētum I
Superiorum .



Vbminister est instrumentum
Ministri, & aliorum Superiorum,
ad res particulares obeundas, & executioni mā-
dandas.

Eiusdem exe-
cutor .

2 Nihil ordinat, sed tan-
tum est executor, & exactor actionum dome-
sticarum, iuxta modum & ordinem sibi à Su-
perioribus præscriptum.

Eius cura .

3 Est eius præcipua cura, vt omnia, quæ
attinent ad Culinam, Refectorium, Penam,
Cellam vinariam, & aquariam bene, & ordi-
ne, & tempore suo parata sint, & ministran-
tur; videatque vt cubicula sint decenter com-
posita, quæ alternis saltem diebus visitabit .

Curet ne no-
stri intempe-
stiuè loquan-
tur .

4 Curet, ne nostri per Domum, vel Col-
legium vagentur, vel intempestiuè collo-
quantur; ac denique vt vnusquisque in suo of-
ficio

ficio versetur, & contineatur.

5 Referet de omnibus rebus quotidie ad Ministrum, ad Præpositum vero vel Rectorem, quoties eis visum fuerit.

Quotidie de omnibus referet.

6 Nullam iniunget pœnitentiam, sed de defectibus domesticis admoneat Ministrum, vel alium Superiorem: poterit tamen impositas pœnitentias nomine alicuius Superioris alijs denunciare.

Pœnitentias non iniunget.

7 Erit Superior nostrorum, qui Sacerdotes non sunt: Sacerdotibus tamen aliquid iniungere poterit nomine alicuius Superioris.

Erit Superior non Sacerdotum.



RE-